*poribus Antonini Pii fuerunt in Pannonia superiore (cf. infra N. 2005).* — 3) *2 Iun. 60.* — 4) *Cohortis (vel: cohorte).* — 5) *Cf. supra N. 781.*

---

**1988** Ser. Galba imperator Caesar August., pontif. max., trib. pot., cos. des. II[1], veteranis, qui militaverunt in legione I Adiutrice, honestam missionem et civitatem dedit[2], quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum, et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XI k. Ian., C. Bellico Natale, P. Cornelio Scipione cos.[3]

Diomedi Artemonis f. Phrygio.[4]

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in Capitolio in ara gentis Iuliae. Ti. Iulius Pardala Sard.[6] — C. Iuli Charmi Sardian. — Ti. Claudi Qui. Fidini Maonian.[7] — C. Iuli C. f. Col. Libon. Sard. — Ti. Fonteius Cerialis Sard. — P. Gralti P. f. Aem. Provincial. Ipesius[8] — M. Arri Rufi Sardian.

*Diptychon aeneum, Stabiis (Castellamare) rep. a. 1688, est Florentiae (III p. 847. X 770). Eadem leguntur in duobus aliis diptychis, quorum alterum rep. est et ipsum Stabiis (III p. 848 X 771), alterum in Sardinia (Eph. ep. 2 p. 454 X 7891), nisi quod nomina militis et signatorum diversa sunt.* — 1) *A. 68.* — 2) *Legionem primam Adiutricem Nero, legionem secundam Adiutricem Vitellius conscripserant non e civibus Romanis, sed e classicis, unde explicatur militibus ex illis legionibus anno 68 vel 70 dimissis civitatem dari potuisse.* — 3) *22 Dec. a. 68. (In diptycho Sardo Scipioni additur Asiatici cognomen, ut supra N. 238).* — 4) IAVDIC., *i. e.: Laudicia, additur in exemplo exteriore.* — 5) *In altero diptycho Stabiano legitur* Matthaio Polai f. Suros, in *Sardo* Ursari Tornalis f. Sard.; *praeterea in hoc ante nomen militis scriptum est* tab. II pag. V loc. XVIII *(cf. N. 1989 not. 5).* — 6) *Hic quoque aut omnes aut plerique testes conterranei fuerunt veterani, in cuius usum diptychum factum est.* — 7) *Maeonianus (Ptol. 5, 2, 21; C. VI 2669).* — 8) *Videtur significari: Ephesius, vel ex Ipso Phrygiae (Mo. C. III p. 917).*

---

**1989** imp. Vespasianus Caesar August., tribunic. potest., cos. II[1], veteranis, qui militaverunt in leg. II Adiutrice pia fidele, qui vicena stipendia aut plura meruerant et sunt dimissi honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit[2] et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut siqui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. non. Mart. imp. Vespasiano Caesare Aug. II, Caesare Aug. f. cos.[3]

T.[4] I, pag. V loc. XXXXVI.[5] Nervae Laidi f., Desidiati.[6]

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae in Capitolio in podio arae gentis Iuliae latere dextro ante signu Lib. patris.[7] C. Helvi Lepidi Salonitani — Q. Petroni Musaei Iadestini — L. Valeri Acuti Salonit. — M. Nassi Phoebi Salonit. — L. Publici Germulli — Q. Publici Macedonis Neditani — Q. Publici Crescentis.[8]

archive.org